

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois Iulianu Logoi Dekα

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Widmungsbrief (an Pierre Pantin)

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)



\* (49) \*

THEODORVS MARCILIVS  
PETRO PANTINO, IVRISC.

*S. P. Dico.*

**L**itteras tuas, PANTINE, deliciae Musarum, eo ipso tempore accepi, quo spem earum propter diuturnitatem silentii tui deponere incipiebam. Itaque tanto iucundiores mihi, quanto minus expectatae contigerunt. Credas mihi velim, earum lectione magnam partem doloris, quem ex rerum nostrarum perturbatione gravissimum capio, absterfam fuisse. Nam quid ego nunc de hymno Iuliani, hortulo Musarum, dicam, quo nihil amoenius ad delectationem fieri potest? Omnino quidem certe digna scriptio mihi visa est, quae Latine conversa emitteretur; sed me offensiones & vulnera quasi quaedam exemplaris tui, quae sanari a me posse diffidebam, deterruerunt. Si quid tamen paullo correctius mihi obuenerit, confido fore, ut me bonae fidei debitorem fuisse non dubites. Ut enim Iuliani animum impium valde perhorresco, sic ingenio eius & litteris delector. Neque mihi barbari cuiusdam Thracii exemplum placet, qui quum, ut Herodes Atticus apud A. Gellium refert, in Graeciam forte venisset, vitesque a rustico vicino suo putari cerneret, id imitari studens, suas ipse omnes, praestultitia, penitus excidit. Sed his aliisque de rebus inter nos per litteras, ut spero, colloquemur saepius. Nihil enim est quod mihi, ut in his malis, accidere possit iucundius, quam in tuo sermone & suauitate omnes animi mei curas & angores deponere. Cura ut valeas, animae dimidium meae. Lutetiae IV. Kal. Maji CIO IXXXIII.

THEODORI MARCILII  
ANNOTATIONES  
in Solis hymnum, siue Orationem IV.



Agina 130. C. lin. 1. ὀπαδός) Ut in Caesaribus: Ἡλιὸς δὲ ὁ ἐμὸς δεσπότης. & in Hymno hoc p. 157. A. lin. 8. seq. ὡς ἐν καὶ τὴν ἡμετέραν ἐξ αἰδῆς ψυχὴν ὑπέστησεν, ὀπαδὸν δὲ τοφήνας αὐτῆς.

Pag. 131. A. lin. 6. τὸ τηλικαῦτα) Fortasse τῶς τηλικαῦτα περὶ τῶν θεῶν. τηλικαῦτα vero intellige Iuliani aetatem vsque ad annum vicesimum. Sic enim ipse in epistola ad Alexandrinos: ἄχρῃς ἐτῶν εἴκοσι.

Ibid. B. lin. 6. ἀναλαβὼν τι) ἀναλαβόντι.

Ibid. lin. 11. καινότερον) καινότερον, scilicet μεείδα.

Ibid. C. lin. 4. ψυχὰς δὲ) Legendus Macrobius, cap. 12, lib. 1. in Somn. Scip.

Ibid. lin. 5. περὶ τῶν) παρὰ τῶν.

ggg

Ibid.